

PRIÈRE AVANT L'OFFICE

(On la dit chaque fois qu'on entre au chœur pour réciter l'Office ou une partie de l'Office.)

APERI, Domine, os meum
ad benedicendum No-
men sanctum tuum : mun-
da quoque cor meum ab
omnibus vanis, perversis,
et alienis cogitationibus :
intellectum illumina, affe-
ctum inflamma, ut digne,
attente ac devote hoc Of-
ficium recitare valeam, et
exaudiri merear ante con-
spectum divinæ Majestatis
tuæ. Per Christum Domi-
num nostrum. *ñ.* Amen.

Domine, in unione illius
divinæ intentionis, qua
ipse in terris Laudes Deo
persolvisti, has tibi Horas
persolvo.

SEIGNEUR, ouvrez ma
bouche pour bénir votre
saint Nom; purifiez aussi
mon cœur de toutes les
pensées vaines, mauvaises
et étrangères; éclairez
mon intelligence, enflam-
mez mon amour afin que
je puisse réciter cet Office
dignement, attentivement
et dévotement, et que je
mérite d'être exaucé de-
vant votre divine Majesté.
Par Jésus-Christ Notre
Seigneur. Ainsi soit-il.

O Jésus, je vous offre la
récitation de ces Heures
en union à cette intention
divine avec laquelle vous
offrites vos louanges à
Dieu votre Père pendant
votre vie mortelle.

PETIT OFFICE

DE

LA TRÈS-SAINTE VIERGE

A MATINES.

AVE, Maria, grátia plena; Dóminus tecum :
ñ. Benedicta tu in mulieribus, et bene-
dictus fructus ventris tui, Jesus. Sancta Ma-
ria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus,
nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

ÿ. Dómine, lábia mea apéries. *ñ.* Et os
meum annuntiábit laudem tuam.

ÿ. Deus, † in adjutórium meum inténde.

ñ. Dómine, ad adjuvándum me festína.

ÿ. Glória Patri, et Filio, et Spirítui sancto.

ñ. Sicut erat in principio, et nunc, et semper,
et in sæcula sæculórum. Amen. Allelúia.

*On dit Allelúia à toutes les Heures, pendant
toute l'année, excepté depuis les Complies du
Samedi avant le Dimanche de la Septuagésime;
inclusivement; jusqu'aux Vêpres du Samedi
saint, exclusivement, où, au lieu de Allelúia,
on dit :*

Laus tibi, Dómine, Rex æternæ glóriæ.

INVITATOIRE.

Ave, María, grátia plena : Dóminus tecum.
(*T. P. Allelúia.*)

On répète : Ave, María, grátia plena : Dóminus tecum. (T. P. Allelúia.)

PSAUME 94.

VENITE, exultémus Dómino, jubilémus Deo salutári nostro : præoccupémus faciém ejus in confessióne, et in psalmis jubilémus ei.

Ave, María, grátia plena : Dóminus tecum.
(*T. P. Allelúia.*)

Quóniam Deus magnus Dóminus, et Rex magnus super omnes deos : quóniam non repellet Dóminus plebem suam, quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, et altitudines móntium ipse cónspicit.

Dóminus tecum. (*T. P. Allelúia.*)

Quóniam ipsíus est mare, et ipse fecit illud, et áridam fundavérunt manus ejus : venite, adorémus, et procidámus ante Deum : plorémus coram Dómino, qui fecit nos, quia ipse est Dóminus Deus noster :

nos autem pópulus ejus, et oves páscuæ ejus.

Ave, María, grátia plena : Dóminus tecum. (*T. P. Allelúia.*)

Hódie si vocem ejus audiéritis, nolíte obduráre corda vestra, sicut in exacerbatióne secúndum diem tentatiónis in desérto : ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt, et vidérunt ópera mea.

Dóminus tecum. (*T. P. Allelúia.*)

Quadráginta annis próximus fui generatióni huic, et dixi : Semper hi errant corde : ipsi vero non cõgnovérunt vias meas, quibus jurávi in ira mea, si introibunt in réquiem meam.

Ave, María, grátia plena : Dóminus tecum.
(*T. P. Allelúia.*)¹

Glória Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

Dóminus tecum. (*T. P. Allelúia.*)

Ave, María, grátia plena : — Dóminus tecum. (*T. P. Allelúia.*)

¹ Aux Dimanches de la Passion et des Rameaux, et pendant la Semaine sainte, on omet le *Gloria Patri*, à la place duquel on répète *Ave*, etc.

HYMNE.

QUEM terra, pontus, sidera
Colunt, adorant, prædicant,
Trinam regentem machinam,
Clastrum Mariæ hâjulat.

Cui luna, sol, et omnia
Deserviunt per tempora,
Perfusa cœli grâtia,
Gestant puellæ viscera.

Beata Mater munere,
Cujus supernus Artifex
Mundum pugillo continens,
Ventris sub arca clausus est.

Beata cœli nuntio,
Fœcunda sancto Spiritu,
Desideratus gentibus,
Cujus per alvum fusus est.

Jesu, tibi sit gloria.
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et almo Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

NOCTURNE

Pour le Dimanche, le Lundi et le Jeudi.

Ant. Benedicta tu.

PSAUME 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra !

Quoniam elevata est magnificentia tua * super cœlos.

Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum ?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria, et honore coronasti eum : * et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves universas, insuper et pecora campi, Volucres cœli, et pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Dómine Dóminus noster, * quam admirabile est nomen tuum in univérſa terra !
Glória Patri, etc.

Ant. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui. (T. P. Allelúia.)

Ant. Sicut myrrha.

PSAUME 18.

CÆLI enarrant glóriam Dei, * et ópera mánuum ejus annúnciat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum, * et nox nocti indicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes, * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum : * et in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum : * et ipse tanquam sponsus procedens de thálamo suo ;

Exultávit ut gigas ad curréndam viam : * a summo cœlo egréssio ejus ;

Et occúrsus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Dómini immaculáta, convértens ánimas : * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Justítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda : * præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in sæculum sæculi : * júdícia Dómini vera, justifiéata in semetípſa.

Desiderábília super aurum et lápidem pretiósium multum : * et dulcióra super mel et favum.

Etenim servus tuus custódit ea : * in custodiéndis illis retribútio multa.

Delicta quis intélligit ? ab occúltis meis munda me : * et ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero : * et emundábor a delicto máximo.

Et erunt, ut compláceant elóquia oris mei : * et meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine, adjutor meus, * et redémptor meus.

Glória Patri, etc.

Ant. Sicut myrrha elécta odórem dedísti suavitátis, sancta Dei Génitrix. (T. P. Allelúia.)

Ant. Ante thorum.

PSAUME 23.

DOMINI est terra, et plenitúdo ejus : * orbis terrárum, et univérsi, qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum : * et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini ? * aut quis stabit in loco sancto ejus ?

Innocens mánibus, et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino, * et misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generátio quærentium eum, * quærentium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ æternáles : * et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ ? * Dóminus fortis, et potens, Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ æternáles : * et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ ? * Dóminus virtutum ipse est Rex glóriæ.

Glória Patri, etc.

Ant. Ante thorum hujus Virginis frequentate nobis dulcía cántica drámaticis. (T. P. All.)
 ¶. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. (T. P. Allelúia.)
 ¶. Propterea benedixit te Deus in ætérnum. (T. P. Allelúia.)

Pater noster, *se dit tout bas jusqu'à* : ¶. Et ne nos indúcas, etc.

L'Absolution Précibus, etc., avec les trois Leçons, etc., page 18 et suivantes.

NOCTURNE

Pour le Mardi et le Vendredi.

Ant. Spécie tua.

PSAUME 44.

ERUCTAVIT cor meum verbum bonum : * dico ego ópera mea Regi.

Lingua mea cálamus scribæ, * velociter scribéntis.

Speciósus forma præ filiis hóminum, diffusa est grátia in lábiis tuis : * propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Accíngere gládio tuo super femur tuum, * potentíssime.

Spécie tua, et pulchritudine tua : * inténde,
prósperè procéde, et regna.

Propter veritatem, et mansuetudinem, et
justitiam : * et deducet te mirabiliter dextera
tua.

Sagittæ tuæ acutæ, pópuli sub te cadent, *
in corda inimicórum Regis.

Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi : *
virga directiónis, virga regni tui.

Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : *
propterea unxit te Deus, Deus tuus, óleo
lætitiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, et gutta, et cásia a vestiméntis
tuis, a dómibus ebúrneis : * ex quibus de-
lectavérunt te filiæ regum in honóre tuo.

Astitit Regina a dextris tuis in vestítu
deaurato, * circúmdata varietate.

Audi, filia, et vide, et inclína aurem
tuam : * et obliviscere pópulum tuum, et
domum patris tui.

Et concupíscet Rex decórem tuum : * quó-
niam ipse est Dóminus Deus tuus, et ado-
rábunt eum.

Et filiæ Tyri in munéribus, * vultum tuum
deprecabúntur omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus filiæ Regis ab intus : *

in fimbriis áureis circumamicta varietá-
tibus.

Adducéntur Regi vírgines post eam : *
próximæ ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in lætítia et exultatióne : * ad-
ducéntur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii : * con-
stitues eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui, * in omni
generatióne et generatióne.

Propterea pópuli confitebúntur tibi in
ætérnum, * et in sæculum sæculi.

Glória Patri, etc.

Ant. Spécie tua, et pulchritudine tua in-
téndè, próspere procéde, et regna. (T. P. All.)

Ant. Adjuvábít eam.

PSAUME 45.

DEUS noster refúgium, et virtus : * adjú-
tor in tribulatiónebus, quæ invenérunt
nos nimis.

Propterea non timébimus, dum turbábitur
terra : * et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, et turbátæ sunt aquæ eó-
rum : * conturbáti sunt montes in fortitú-
dine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei : *
sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur : *
adjuvábít eam Deus mane dilúculo.

Conturbátæ sunt gentes, et inclináta sunt
regna : * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum : * suscéptor
noster Deus Jacob.

Veníte, et vidéte ópera Dómini, quæ pó-
suit prodígia super terram : * áuferens bella
usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, et confrínget arma, * et
scuta combúret igni.

Vacáte, et vidéte, quóniam ego sum Deus : *
exaltábor in géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíscum ; * suscéptor
noster Deus Jacob.

Glória Patri, etc.

Ant. Adjuvábít eam Deus vultu suo : Deus
in médio ejus, non commovébitur. (*T. P. All.*)

Ant. Sicut lætántium.

PSAUME 86.

FUNDAMENTA ejus in móntibus sanctis : *
diligít Dóminus portas Sion super ómnia
tabernácula Jacob.

Gloriósá dicta sunt de te, * civitas Dei.

Memor ero Rahab et Babylónis : * scién-
tium me.

Ecce alienígenæ, et Tyrus, et pópulus
Æthiópum, * hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet : Homo, et homo na-
tus est in ea, * et ipse fundávit eam Altíssi-
mus?

Dóminus narrábit in scriptúris populó-
rum, et príncipum : * horum, qui fuérunt
in ea.

Sicut lætántium ómnium * habitatio es
in te.

Glória Patri, etc.

Ant. Sicut lætántium ómnium nostrum
habitatio est in te, sancta Dei Génitrix.
(*T. P. Allelúia.*)

ÿ. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. (*T. P.*
Allelúia.) ñ. Proptérea benedíxit te Deus in
ætérnum. (*T. P. Allelúia.*)

Pater noster, *tout bas jusqu'à* : ÿ. Et ne
nos indúcas, etc.

*L'Absolution Précibus, etc., avec les trois
Leçons, etc., page 18 et suivantes.*

NOCTURNE

*Pour le Mercredi et le Samedi.**Ant. Gaude, María virgo.*

PSAUME 95.

CANTATE Dómino cánticum novum : * can-
táte Dómino, omnis terra.

Cantáte Dómino, et benedicite nómini
ejus : * annuntiáte de die in diem salutáre
ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus : *
in ómnibus pópulis mirabilia ejus.

Quóniam magnus Dóminus, et laudábilis
nimis : * terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii géntium dæmónia : *
Dóminus autem cœlos fecit.

Conféssio, et pulchritúdo in conspéctu
ejus : * sanctimónia, et magnificéntia in
sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino, pátriæ géntium, afférte
Dómino glóriam et honórem : * afférte Dó-
mino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus : *
adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur a fácie ejus univérsa terra : *
dícite in géntibus, quia Dóminus regnávít.

Etenim corréxit orbem terræ, qui non
commovébitur : * judicábit pópulos in æqui-
táte.

Læténtur cœli, et exúltet terra, commo-
veátur mare, et plenitúdo ejus : * gaudébunt
campi, et ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna silvárum
a fácie Dómini, quia venit : * quóniam venit
judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, * et
pópulos in veritáte sua.

Gloria Patri, etc.

*Ant. Gaude, María virgo, cunctas hæreses
sola interemísti in univérso mundo. (T. P.
Allelúia.)*

Ant. Dignáre me.

PSAUME 96.

DOMINUS regnávít, exúltet terra : * lætén-
tur insulæ multæ.

Nubes et caligo in circúitu ejus : * justítia,
et judicium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcédet : * et inflam-
mábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxerunt fúlgura ejus orbi terræ: * vidit,
et commóta est terra.

Montes sicut cera fluxerunt a fácie Dómini: * a fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli justítiam ejus: * et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes qui adórant sculptília: * et qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum, omnes Angeli ejus: * audivit, et lætáta est Sion.

Et exultavérunt filię Judæ, * propter júdicia tua, Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram: * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odíte malum: * custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætítia.

Lætámini, justí, in Dómino: * et confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Glória Patri, etc.

Ant. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta: da mihi virtútem contra hostes tuos.
(T. P. Allelúia.)

Ant. Post partum.

Pendant l'Avent et le jour de l'Annonciation:

Ant. Angelus Dómini.

PSAUME 97.

CANTATE Dómino cánticum novum, * quia
mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus: * et bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutáre suum: * in conspéctu géntium revelávit justítiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ, * et veritátis suæ dómui Israel.

Vidérunt omnes términi terræ * salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo, omnis terra: * cantáte, et exultáte, et psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara et voce psalmi: * in tubis ductílibus, et voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conspéctu Regis Dómini: * moveátur mare et plenitúdo ejus, orbis terrárum, et qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul móntes exultábunt a conspéctu Dómini: * quóniam venit judicáre terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia, * et populos in æquitate.

Glória Patri, etc.

Ant. Post partum, Virgo, inviolata permansisti : Dei Génitrix, intercède pro nobis. (T. P. Allelúia.)

Pendant l'Avent et le jour de l'Annonciation :

Ant. Angelus Dómini nuntiavit Mariæ, et concépit de Spíritu sancto.

Ÿ. Diffusa est grátia in lábiis tuis. (T. P. Allelúia.) R̄. Propterea benedixit te Deus in ætérnum. (T. P. Allelúia.)

Pater noster, tout bas jusqu'à :

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem. R̄. Sed libera nos a malo.

Absolution. — Précibus, et méritis beátæ Mariæ semper vírginis, et ómnium Sanctórum, perdúcat nos Dóminus ad regna cœlorum. R̄. Amen.

Ÿ. Jube, domne, benedícere.

(Quand on récite l'Office en particulier, on dit :

Jube, Dómine, benedícere.)

Bénédiction. — Nos cum prole pia benedicat Virgo María. R̄. Amen.

PREMIÈRE LEÇON. *Eccli.* 24.

IN ómnibus réquiem quæsivi, et in hæreditate Dómini morábor. Tunc præcépit, et dixit mihi Créator ómnium : et qui creávit me, requiévít in tabernáculo meo, et dixit mihi : In Jacob inhábita, et in Israel hæreditare, et in eléctis meis mitte radices. Tu autem, Dómine, miserere nobis. R̄. Deo grátias.

R̄. Sancta, et immaculata Virginitas, quibus te láudibus éfferam néscio : * Quia quem cœli cápere non póterant, tuo grémio contulisti. (T. P. Allelúia.) Ÿ. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. * Quia.

Ÿ. Jube, domne, benedícere.

Bénédiction. — Ipsa Virgo vírginum intercédat pro nobis ad Dóminum. R̄. Amen.

DEUXIÈME LEÇON.

ET sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Je-

rúsalem potestas mea. Et radicavi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæreditas illius, et in plenitúdine sanctorum deténtio mea. Tu autem, Dómine, miserere nobis.
 R. Deo grátias.

R. Beáta es, Virgo María, quæ Dóminum portásti Creatórem mundi : * Genuísti qui te fecit, et in ætérnum pérmanes virgo. (T. P. Allelúia.) *ÿ.* Ave, María, grátia plena; Dóminus tecum. * Genuísti.

*Quand on doit dire le Te Deum, on ajoute à la fin de ce Répons : ÿ. Glória Patri, et Fílio, et Spiritui sancto. * Genuísti.*

ÿ. Jube, domne, benedicere.

Bénédiction. — Per Virginem matrem concédât nobis Dóminus salutem et pacem.
 R. Amen.

TROISIÈME LEÇON.

QUASI cedrus exaltáta sum in Líbano, et quasi cypréssus in monte Sion. Quasi palma exaltáta sum in Cades, et quasi plantatio rosæ in Jéricho. Quasi olíva speciósá in campis, et quasi plátanus exaltáta sum juxta aquam in platéis. Sicut cinnamómum, et

bálsamum aromatizans odórem dedi : quasi myrrha elécta dedi suavitatem odóris. Tu autem, Dómine, miserere nobis. R. Deo grátias.

On omet le Répons suivant, quand on doit dire le Te Deum.

R. Felix namque es, sacra Virgo María, et omni laude digníssima : * Quia ex te ortus est Sol justítiæ, † Christus Deus noster. *ÿ.* Ora pro pópulo, intéveni pro clero, intercède pro devóto femíneo sexu : sentiant omnes tuum juvâmen, quicúmque celebrant tuam sanctam commemoratiónem. * Quia. *ÿ.* ¹ Glória Patri, et Fílio, et Spiritui sancto. † Christus.

L'Hymne suivante se dit depuis Noël jusqu'à la Septuagésime; et depuis Pâques jusqu'à l'Avent : alors on omet le troisième Répons, et au deuxième, l'on dit Glória Patri, comme il a été indiqué. Pendant l'Avent, et depuis la Septuagésime jusqu'à Pâques, on ne la dit pas, si ce n'est aux fêtes de la très-sainte Vierge.

¹ Aux Dimanches de la Passion et des Rameaux, et pendant la Semaine sainte, on omet le *Gloria Patri*; alors on répète le Répons jusqu'au *ÿ. Ora.*

HYMNE DE S. AMBROISE ET DE S. AUGUSTIN.

TE Deum laudamus : * te Dóminum confitémur.

Te aeternum Patrem * omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, * tibi caeli, et universae potestates.

Tibi Chérubim et Séraphim * incessabili voce proclamant :

Sanctus, Sanctus, Sanctus * Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt caeli et terra * majestatis glóriæ tuæ.

Te gloriósus * Apostolorum chorus;

Te Prophetarum * laudabilis numerus,

Te Mártyrum candidatus * laudat exercitus.

Te per orbem terrarum * sancta confitétur Ecclésia,

Patrem * immensae majestatis,

Venerandum tuum verum * et únicum Filium,

Sanctum quoque * Paráclitum Spíritum.

Tu Rex glóriæ, * Christe.

Tu Patris * sempiternus es Fílius.

Tu, ad liberandum suscepturus hominem, * non horruisti Virginitatis úterum.

Tu, devicto mortis aculeo, * aperuisti credentibus regna caelorum.

Tu ad dexteram Dei sedes, * in glória Patris. Judex crederis * esse venturus.

Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni, * quos pretioso sanguine redemisti.

Æterna fac cum Sanctis tuis * in glória numerari.

Salvum fac populum tuum, Dómine : * et benedic hereditati tuæ.

Et rege eos, * et extolle illos usque in aeternum.

Per singulos dies * benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in saeculum, * et in saeculum saeculi.

Dignare, Dómine, die isto, * sine peccato nos custodire.

Miserere nostri, Dómine : * miserere nostri.

Fiat misericordia tua, Dómine, super nos : * quemadmodum speravimus in te.

In te, Dómine, speravi : * non confundar in aeternum.

Durant l'Avent, et au jour de l'Annonciation, on dit les trois Leçons suivantes.

ÿ. Jube, domne, benedicere.

Bénédiction. — Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria. R. Amen.

PREMIÈRE LEÇON. *Luc. 1.*

MISSUS est Angelus Gábríel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Názareth, ad Virginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis María. Et ingrèssus Angelus ad eam, dixit: Ave, grátia plena; Dóminus tecum: benedicta tu in mulieribus. Tu autem, Dómine, miserere nobis. R. Deo grátias.

R. Missus est Gábríel Angelus ad Mariám virginem desponsátam Joseph, nuntians ei verbum: et expavéscit Virgo de lúmine. Ne timeas, María: invenisti grátiam apud Dóminum; * Ecce concípies, et páries, et vocábitur Altíssimi Filius. ÿ. Dabit ei Dóminus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in ætérnum. * Ecce.

ÿ. Jube, domne, benedicere.

Bénédiction. — Ipsa Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dóminum. R. Amen.

DEUXIÈME LEÇON.

QUE cum audisset, turbata est in sermone ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas, María: invenisti enim grátiam apud Deum; ecce concípies in útero, et páries filium, et vocábis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altíssimi vocábitur: et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus: et regnabit in domo Jacob in ætérnum: et regni ejus non erit finis. Tu autem, Dómine, miserere nobis. R. Deo grátias.

R. Ave, María, grátia plena; Dóminus tecum: * Spíritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi: quod enim ex te nascétur Sanctum, vocábitur Fílius Dei. ÿ. Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognósco? Et respóndens Angelus, dixit ei: * Spíritus.

*Lorsqu'on doit dire le Te Deum, on ajoute à la fin de ce deuxième Répons: Glória Patri, et Filio, et Spíritui sancto. * Spíritus.*

ÿ. Jube, domne, benedicere.

Bénéd. — Per Virginem matrem concédatur nobis Dóminus salutem et pacem. R. Amen.

TROISIÈME LEÇON.

DIXIT autem Maria ad Angelum : Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus, dixit ei : Spíritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce Elisabeth cognáta tua, et ipsa concépit filium in senectúte sua ; et hic mensis sextus est illi quæ vocátur stérilis ; quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria : Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum. Tu autem, Dómine, miserére nobis. *ñ.* Deo grátias.

On omet le Répons suivant, quand on doit dire le Te Deum.

ñ. Súscipe verbum, Virgo Maria, quod tibi a Dómino per Angelum transmissum est : concípies, et páries Deum páriter et hóminem : * Ut benedícta dicáris inter omnes mulieres. *ÿ.* Páries quidem filium et virginitátis non patiéris detriméntum : efficiéris grávida, et eris mater semper intácta. * Ut. *ÿ.* Glória Patri, et Filio, et Spíritui sancto. * Ut.

A LAUDES.

DEUS, † in adjutórium meum inténde.
ñ. Dómine, ad adjuvándum me festína.
ÿ. Glória Patri, etc. Allel., ou Laus, etc.

De la Purification à l'Avent :

Ant. Assúpta est.

Pendant l'Avent :

Ant. Missus est.

De Noël à la Purification :

Ant. O admirábile commércium !

PSAUME 92.

DOMINUS regnávít, decórem indútus est : *
indútus est Dóminus fortitúdinem, et
præcínxit se.

Etenim firmávit orbem terræ, * qui non
commovébitur.

Paráta sedes tua ex tunc : * a sæculo tu es.

Elevavérunt flúmina, Dómine : * elevavérunt flúmina vocem suam.